



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

Grumsel, Gérard

Mechliniae, 1666

Elegia Qvinta. Ulcerosæ in altero tibiæ; in altero strumæ sanatae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13399

SanCte pater, CVIVs nVnC nVtIbVs oMnIa parent;
 CVI qVoqVe IVs sVppar hIC prope nVLLVs habet:
 HeV! qVot & hIC Lenas, aC DVLCIa toXICa, tanto
 rebVs In hIs LVXV, sVbDoLVs orbIs habet.
 Non tot In ÆæIs MeDea VenefICa terrIs,
 Non tot & In ponto ThessaLIs ora foVet.
 Et VenVs, & VenerIs nVtrIX, & aVara CVpIDo.
 HeI MIhI! qVot Vafrâ fronte Venena tegVnt.
 neC qVoqVe perpetVò, qVò pLVs hæC toXICa Cessent,
 seD qVò pLVs DVrent, eVaCVantVr opes.
 HVC oCVLos, hVC eIa ManVs, & braChIa Verte!
 EXVVIIsqVe LVes Cesset ab dIsta tVIs.
 Vt tVVs eX ILLâ sVrgat sIC parte trIVMphVs;
 HInCqVe Coronato VertICE VICtor oVes.

ELEGIA QVINTA.

Ulcerosæ in altero tibiæ; in altero strumæ
 sanatæ.

GratIa XaVerlo: nVnC CLarIor ætherIs aVra est:
 sagaqVe CVM sVCCIs eXVLat atra sVIs.
 EXVLet ILLa LICet; taMen est opVs InsVper hVIVs
 AVgVstâ hIC rVrsVs CVnCta potentIs ope.
 Non soLI MorbI VItlant, neqVe peCtora sagæ:
 Ægra CICatrICes Corpora sæpe neCant.
 HâC qVoqVe sananDI præstans eXCeLLIs In arte
 XaVerI, ô! sæCLI LaVsqqVe DeCVsqVe tVI.
 HâC etIaM LæsIs VItæ noVa fILa tVLIstI,
 QVI proCVL aVXILIIs ConVaLVere tVIs.

Sancte Pater, cujus nunc nutibus omnia parent;
 Cui quoque jus suppar hîc prope nullus habet:
 Heu! quot & hîc lenas, ac dulcia toxica, tanto
 Rebus in his luxu, subdolos orbis habet.
 Non tot in Ææis Medea venefica terris,
 Non tot & in Ponto Theffalis ora fovet.
 Et Venus, & Veneris nutrix, & avara cupido
 Hei mihi! quot vafrâ fronte venena tegunt.
 Nec quoque perpetuò, quò plus hæc toxica cessent,
 Sed quò plus durent, evacuantur opes.
 Huc oculos, huc eia manus, & brachia verte,
 Exuviisque lues cesset ab ista tuis.
 Ut tuus exillâ surgat sic parte triumphus;
 Hincque coronato vertice victor oves.

ELEGIA QUINTA.

Ulcerosæ in altero tibiæ; in altero strumæ
fanatæ.

Gratia Xaverio: nunc clarior ætheris aura est,
 Sagaque cum succis exulat atra suis.
 Exulet illa licet; tamen est opus insuper hujus
 Augustâ hîc rursus cuncta potentis ope.
 Non soli morbi vitiant, neque pectora sagæ:
 Ægra cicatrices corpora sæpe necant.
 Hâc quoque sanandi præstans excellis in arte
 Xaveri, ô! sæcli lausque decusque tui.
 Hâc etiam læsis vitæ nova fila tulisti,
 Qui procul auxiliis convaluere tuis.

NeC tVVs affLICtos fVIt VnICVs hICCe PotAMI
 AVt qVoqVe Parthenopen VsqVe IVVare Labor.
 EXpLICVIt Vires In teCta VeL VsqVe MaLinæ:
 hIC qVoqVe, qVas pLagas ars tVa CVret, habet.
 NeC patros hærens Inter Latet ILLa pænates:
 HanC neqVe tot septis, Vrbs LICet aMPLa, CapIt.
 Vrbe forIsqVe pIIs CLarent tVa Lipsana gestIs:
 CVMqVe tVo CVLtV CVra, saLVsqVe VenIt.
 CVnctor In hIstorIIs qVas sæCVLa seXta tVLERVnt,
 seXtraqVe qVas CVrens gessIt abInDe DeCas.
 waVrla rVrls honor pHyssI fVIt hospIta nVtrIX;
 CVLtaqVe tVnC ILLI, CVM LICVIsset, erat.
 DoneC erat sospes, neC agrIs soLLertlor ILLo,
 neC qVI sIC rastrI Dente VaLeret, erat.
 HVnC neqVe tVnC pLVVIæ, neC aCVto sIRIVs æstV,
 NeC LarIbVs DVræ DetInVere nIVes.
 AtqVe VtInaM Constans faVor hIC robVrqVe fVIsset!
 HVIC foret VberIbVs frVCtIbVs aVCTa Ceres.
 IrrIta seD. VoVeO: VIX est statVs VLLVs In ILLIs:
 DeCresCVnt CVrsV Corpora nostra sVo.
 EVboICo neC tot VoLVVntVr In æqVore fLVCTVs,
 qVot sVbItIs rerVM CasIbVs ILLa patent.
 ECCe DVpLeX ILLI sVa VVLnere tIbIa LangVet:
 DeqVe sVo Creber VVLnere sangVIs abIt.
 pVs seqVItVr, VVLnVsqVe freqVens CrVDesCIt In VLCVs:
 ossa rIgent; trIstI CrVra DoLore Labant.
 Ergo IaCent stIVæ, VeterIs IaCet VsVs aratrI;
 NVLLaqVe VeL CVrVâ sarCVLa Visa ManV.
 sqVaLLIDa qVIn potIVs rIglDOS rYbIgo LIgones
 InfICIt: hInC VaCVVs nVnC qVoqVe LangVet ager.

Nec tuus afflictos fuit unicus hicce (a) Potami
 Aut quoque (b) Parthenopen usque juvare labor.
 Explicuit vires in tecta vel usque Malinæ,
 Hic quoque, quas plagas ars tua curet, habet
 Nec patrios hærens inter latet illa penates:
 Hanc neque tot septis, urbs licet ampla, capit.
 Urbe, forisque piis clarent tua Lipsana gestis:
 Cumque tuo cultu cura salusque venit.
 Cunctor in historiis, quas sæcula sexta tulerunt,
 Sextaque quas currens gessit abinde decas.
 Wavria ruris honor (c) Thyſii fuit hospita nutrix;
 Cultaque tunc illi, cum licuiſſet, erat,
 Donec erat ſoſpes, nec agris ſollertior illo,
 Nec qui ſic raſtri dente valeret, erat.
 Hunc neque tunc pluvia, nec acuto Sirius æſtu,
 Nec laribus duræ detinuere niyes.
 Atque utinam conſtans favor hic roburque fuiſſet!
 Huic foret uberibus fructibus aucta Ceres.
 Irrita ſed voveo: vix eſt ſtatus ullus in illis:
 Decreſcunt curſu corpora noſtra ſuo.
 Euboico nec tot volvuntur in æquore fluctus,
 Quot ſubitis rerum caſibus illa patent.
 Ecce duplex illi ſua vulnere tibia languet,
 Deque ſuo creber vulnere ſanguis abit.
 Pus ſequitur, vulnuſque frequens crudescit in ulcus:
 Oſſa rigent; trifti crura dolore labant.
 Ergo jacent ſtivæ, veteris jacet uſus aratri;
 Nullaque vel curvâ ſarcuſa viſa manu.
 Squallida quin potius rigidos rubigo ligones
 Inficit: hinc vacuus nunc quoque languet ager.

(a) Locus eſt in Calabria miraculis S. Xaverii clarus.

(b) Neapolim, iſdem S. Xaverii Patroni ſui miraculis clarum.

(c) Renerus Thyſius 1660. 17. Feb. in Wavria S. Catharinae.

NonaqVe sic Lapsa est, neC ei reparabilis ætas ;
 neC Certa est tantI CVra reperta MaLI.
 HeV! qVas ferrI aCies, heV! qVæ CatapLasMata sensIt
 VnGra qVot VngVenrIs CrVra, qVibVsqVe LoCIs!
 NIL hIC phILLyrIDes, NIL hIC poDaLIrIVs affert:
 hâC parIter pæon hospes In arte IaCet.
 VVLnVs aLVnt Venæ: tota est qVoqVe nVDa, patetqVe
 BIna foraMInIbVs tIbIa rVpra sVIs.
 qVotqVot & Interea IVssos eXpenDIt In VsVs,
 Tot VeLVt effVsas In Mare VoLVIt opes.
 QVestVs erat nVper: CVM Verba hæC paVCa qVerentI,
 QVIsqVIs hIC est, IesV Castra seCVtVs, alt.
 Ah! qVID agIs porrò? bona tot ne proDIGe ThysI:
 NIL profecTVras non bene perDIs opes.
 erIge te, DIXIt: XaVerIVs eXCItet aVthor,
 Te proCVL hIC nostrâ CLarVs ab æDe VoCat.
 Vota faC; eVenIet, qVoD agente poposCerIs ILLO:
 VInDICat aVXILIIs VVLgVs hIC Ipse sVIs.
 Vota faCIt: VotIsqVe faVens XaVerIVs aDsIt,
 InqVIt, & eXpresso teMpore gratVs ero.
 DIXIt & eCCe preCes pIVs aVDIt, & approbat æther:
 CrVraqVe VVLnerIbVs ConVaLVere sVIs.
 LVX oCtaVa fLVIt (stetIt hæC Mora Libera VotIs)
 paCtaqVe qVI VenIat soLVere, nVLLVs erat.
 præstes aDest: VaLIDasqVe stVpens sine VVLnere Vires,
 Et, reVs es VotI, DIXIt, & Vrget opVs.
 ILLe Moras paCtVs VerbIs VIX appLICat aVres:
 paCtaqVe qVI VenIat soLVere, nVLLVs erat.
 nVLLVs erat, qVI fIXa thoLo sVa CrVra saCraret:
 qVI VItæ eLVeret CrIMIna, nVLLVs erat.

Nonaque sic lapsa est, nec ei reparabilis ætas,
Nec certa est tanti cura reperta mali.

Heu! quas ferri acies, heu! quæ cataplasmata sensit!

Unctæ quot unguentis crura, quibusque locis:

Nil hîc Phillyrides, nil hîc Podalirius affert:

Hâc pariter Pæon hospes in arte jacet.

Vulnus alunt venæ; tota est quoque nuda, patet que

Bina foraminibus tibia rupta suis.

Quotquot & interea jussos expendit in usus,

Tot velut effusas in mare volvit opes.

Questus erat nuper: cum verba hæc pauca querenti,

Quisquis hic est, JESU castra secutus, ait.

Ah! quid agis porrò? bona tot ne prodige Thyfi:

Nil profecturas non bene perdis opes.

Erige te, dixit: *Xaverius* excitet Author:

Te procul hic nostrâ clarus in Æde vocat.

Vota fac; eveniet quod agente poposceris illo:

Vindicat auxiliis vulgus hic ipse suis.

Vota facit: votisque favens *Xaverius* adsit,

Inquit, & expresso tempore gratus ero.

Dixit, & ecce preces pius audit & approbat Æther:

Cruraque vulneribus convaluere suis.

Lux octava fuit (stetit hæc mora libera votis)

Pactaque qui veniat solvere, nullus erat.

Præstes adest, validasque stupens sine vulnere vires;

Et, reus es voti, dixit, & urget opus.

Ille moras pactus verbis vix applicat aures:

Pactaque qui veniat solvere, nullus erat.

Nullus erat qui fixa tholo sua crura sacraret,

Qui vitæ elueret crimina, nullus erat.

Aut

AVt blbt, aVt CVnctans baCChatVr, & orgla DVClIt,
 AVt reVoCat bIIVgos rVrsVs aD arVa boVes.
 EXCIDIt hæC Ingens ILLIVs gratla faCtI:
 VIX qVoqVe franCIsCVs qVIs sIt & VnDe rogar.
 QVIn neqVe VeL tantI CVra est nVnC VLLa MagIstrI:
 CVnctaqVe Læthæls Vota ferVntVr aqVIs.
 CrVra VaLent, satIs est. At CLaVso à VVLnere VInDeX
 pæna VoLans, DIVI CeV foret ILLa, VenIt.
 Cynthla VIX soLItos eXpLeVerat æthere CVrsVs;
 PLeVrItIs tenerVM pVngIt & eCCe LatVs.
 OCCVpat ossa LVes: °LangVesCVnt LVMIna Letho:
 VoX fVgIt, & fVglens hæC qVoqVe trIstIs alt:
 HeI MhI! CVr pepIgl? CVr VotI VInCVLa rVpI?
 hæC, qVIA tVnC renVI soLVere, pæna VenIt.
 Vota patrIs natI MoX soLVIt: pLVra CVpIset;
 HVIC oCVLos fVrVVs CLaVst & ora sopor.
 DIscE saCrI breVItter faCIant qVID VInCVLa VotI,
 hæC sVperIs qVIsqVIs rItè VoVere VoLes:
 Vota fIDeM repetVnt: ne sIs perIVrVs In IstIs;
 par sonet & Verbo VoX qVoqVe CorqVe tVo.
 NeC tIbI CVnctantI Casses aC retIa neCte:
 sæpe rel postæ pensa LVere Moræ.
 NOVIt ID eX Ipsa RegerIVs Vrbe senator:
 EXCVssIt seXtas aspera brVMA nIVes.
 ILLI tabe rIgens, pVtrIsqVe nepotVLVs Ibat:
 CVI VaCVVM nVLLo VVLnere CorpVs erat.
 DIra LVes! ah CVr fVror hos sIC sæVIt In artVs?
 VIX pVer hIC CorpVs, qVoD LaCeretVr, habet.
 Et taMen à qVarto VIX tres eXpLeVIt Is annos;
 NeC LoCVs heI! pLagIs VLcerIbVsqVe VaCat.

Aut bibit, aut cunctans bacchatur, & orgia ducit:

Aut revocat bijugos rursus ad arva boves.

Excidit hæc ingens illius gratia facti:

Vix quoque *Franciscus* quis sit, & unde, rogat.

Quia neque vel tanti cura est nunc ulla Magistri:

Cunctaque Lethæis vota feruntur aquis.

Crura valent; fatis est. At clauso à vulnere vindex

Pæna volans, Divi seu foret illa, venit.

Cynthia vix solitos expleverat æthere cursus;

Pleuritis tenerum pungit & ecce latus.

Occupat ossa lues: languescunt lumina letho:

Vox fugit; & fugiens hæc quoque tristis ait;

Hei mihi! cur pepigi? cur voti vincula rupi?

Hæc, quia tunc renui solvere, pæna venit.

Vota patris nati mox solvite: plura cupisset;

Huic oculos furvus clausit & ora sopor.

Disce sacri breviter faciant quid vincula voti,

Hæc superis quisquis ritè vovere voles.

Vota fidem repetunt: ne sis perjurus in istis;

Par sonet & verbo vox quoque, corque tuo.

Nec tibi cunctanti casses ac retia neçte:

Sæpe rei positæ pensa luère moræ.

Novit id ex ipsa Regerius urbe senator:

Excussit sextas aspera bruma nives.

Illi tabe rigens, putrisque (d) Nepotulus ibat:

Cui vacuum nullo vulnere corpus erat.

Dira lues! ah cur furor hos sic sævit in artus!

Vix puer hic corpus, quod laceretur, habet.

Et tamen à quarto vix tres explevit is annos,

Nec locus hei! plagis, ulceribusque vacat.

(d) *Joannes de
Reger* 1661.
12. Mart. Meck-
linæ.

QVIn CrVCiat LeCtVs pLVMâ qVoqVe fVLtVs oLorIs,
 SpInaqVe sVnt VISæ taCtIbVs esse rosæ.
 NVLLa qVies pVero est: noCtes VIGILantVr aMaræ:
 NeC LeVIor soLito LVX qVoqVe noCte VenIt.
 tota DoMVs pLorat: qVerVLo parIterqVe nepotIs
 tangItVr IntVItV patrVVs VsqVe sVI.
 VtqVe LeVet VIrVs, CVnctas pIVs EXCVtIt artes:
 neC fVIt ars tantIs VLLa reperta MaLIs.
 NIL IVVat In terrIs; CæLIs tentabItVr, InqVIt:
 XaVerII hIC CVnctâ pLVs VaLet arte ManVs.
 Dona parat DIVo: fVnaLia Cerea LVCent:
 NVnCVpat EXVIIIs, IVnCræqVe Vota faCIt.
 MartIVs aVCtVs erat VotIVA noVenDIA sIgnans:
 EXpIat Is noXas, gnataqVe, parqVe nepos.
 Vera LoqVar, CLaVslsqVe satIs IVrata tabELLIs;
 VLCVs, & eX ILLO teMPOre VVLnVs abIt.
 FinIerat VIX nona Dies, nVnC nVLLa CICatRIX,
 Et sVDO nVLLVs Corpore næVVs erat.
 patrVVs, atqVe nepos, CognataqVe tVrba, LVbentI
 haCtenVs hoC sanCtVM VoCe LoqVVntVr opVs.
 SIC Mea XaVerI preCIBVs qVoqVe VVLnera sana,
 Cor qVIBVs est totIes, LIngVaqVe faCta noCens.
 HæC Vt pLVs VeXant, MVLtòqVe potentIVs Vrgent,
 CLarlor hInC parIter sIC tVa LaVrVs erIt.

Quin cruciat lectus plumâ quoque fultus oloris;
Spinaque sunt visæ tactibus esse rosæ.

Nulla quies puero est: noctes vigilantur amaræ;
Nec levior solito lux quoque nocte venit.

Tota domus plorat: querulo pariterque nepotis
Tangitur intuitu patruus usque sui.

Urque levet virus, cunctas pius excutit artes:
Nec fuit ars tantis ulla reperta malis.

Nil juvat in terris; Cælis tentabitur, inquit:

Xaverii hîc cunctâ plus valet arte manus.

Dona parat Divo: funalia cerea lucent:

Nuncupat Exuviis, junctaque vota facit.

Martius auctus erat, votiva Novendia signans:

Expiat is noxas, gnataque, parque nepos.

Vera loquar, clausisque satis jurata tabellis;

Ulcus, & ex illo tempore vulnus abit.

Finierat vix nona dies, nunc nulla cicatrix,

Et fudo nullus corpore nævus erat.

Patruus atque nepos, cognataque turba, lubenti

Hactenus hoc sanctum voce loquuntur opus.

Sic mea *Xaveri* precibus quoque vulnera sana;

Cor quibus est toties, linguaque facta nocens.

Hæc ut plus vexant, multòque potentiùs urgent,

Clarius hinc pariter sic tua laurus erit.